Itus redemit nos de malo culpe. **¶** Unde sicut redemit nos de morte mortuus. ita redemit nos de maledictio culpe factus maledictum scilicet culpe non quidem quod in eo peccatum esset aliquod qui peccatum non fecit nec dolus etc. ut dicitur. **1. Pe. 2.** sed secundum opinionem hominum et precipue in deorum qui reputabant eum peccatorem. **Job. 1. 8.** Si non esset hic malefactor: non tibi tradidissemus eum. **¶** Et ideo de hoc dicitur. **2. cor. 5.** Eum qui non nouerat peccatum fecit pro nobis peccatum. Dicit autem maledictum non maledictus. ut ostendat quod iudei eum sceleratissimum reputabant. **¶** Unde dicitur **Job. 9.** Non est hic homo a deo etc. **¶** Et **Job. 10.** De bono opere non lapidam? te sed de peccato et de blasphemia. **¶** Et ideo dicit. Factus est pro nobis maledictum in abstracto Quasi dicat. Factus est ipsa maledictio. **¶** Secundo exponitur de malo pene. Nam christus liberauit nos a pena sustinendo penam et mortem nostram. que quidem in nos puenit ex ipsa maledictione peccati. **¶** In quantum ergo hanc maledictionem peccati suscepit pro nobis moriendum dicitur esse factus pro nobis maledictum. **¶** Et est simile ei quod dicitur **Ro. 8.** Dixit deus filium suum in similitudinem carnis peccati id est mortalis. **2. cor. 5.** Eum qui non nouerat peccatum scilicet christum qui peccatum non fecit deus scilicet pater pro nobis fecit peccatum id est fecit pati penam. quando scilicet oblatum est propter peccata nostra. **¶** Consequenter ponit scripture testimonium cum dicit Quia scriptum est. **¶** Maledictus omnis etc. **¶** Et hoc **Deutero. 27.** Tibi sciendum scilicet glossam quod in deus. unde accipitur hoc uerbum tam in nominis quam in hebreis codicibus habetur. **¶** Maledictus a deo omnis etc. quod quidem scilicet a deo in antiquis hebreorum uoluminibus non habetur unde creditur quod a iudeis post passionem domini appositum sit ad infamiam christi. **¶** Potest autem exponi auctoritas et de malo pene et de malo culpe. **¶** De malo quidem culpe sic. **¶** Maledictus omnis qui pendet in ligno non propter hoc quod pendet in ligno sed pro culpa pro qua pendet. **¶** Et modo christus est estimatus maledictus in cruce pendens propter hoc quod maxime tibi pena punitus fuit. **¶** Et secundum hoc continuat ad preedicta Dominus enim precepit in deus. ut qui suspensus fuerit in uespera deponatur. **¶** Et ratio huius est. quia hec pena erat ceteris abiectior et ignominiosior. **¶** Dicit ergo **¶** Vere factus est pro nobis maledictus. quia ipsa mors crucis quam sustinuit sufficit ad maledictionem. quod scriptum est **¶** Maledictus omnis etc. **¶** De malo uero pene sic exponit. **¶** Omnis qui etc. **¶** Maledictus. quia ipsa pena est maledictio scilicet quod sic mortuus est. **¶** Et est maledictus a deo. quia deus ordinauit ut hanc penam sustineret ut nos liberaret. **¶** Consequenter cum dicit. **¶** Et in gentibus benedictio etc. **¶** Ponit spem quam per christum super hoc quod per eum liberamur de maledictio acquirimus ut dicitur **Ro. 5.** Non sicut delictum sita et donum immo multo maius scilicet quia liberat a peccato et confert gratiam. **¶** Primo ergo ponit fructum et quibus datur dicens. **¶** Et in gentibus benedictio abrahe etc. **¶** Quasi si dicat. **¶** Factus est pro nobis maledictum non solum ut maledictionem remoueret: sed ut in gentibus que non sub maledictione legis erant: fieret benedictio abrahe. **¶** promissa **¶** Genesio. 22. **¶** In femine tuo benedicent omnes gentes etc. **¶** Et hec quidem benedictio facta est nobis id est impleta est per christum qui est de semine abrahe. cui dicte sunt promissiones et semini tuo qui est christus. ut dicitur infra eodem capitulo. **¶** Que quidem benedictio et fructus est ut pollicitationem spiritus accipiamus id est promissiones quas spiritus sanctus facit in nobis scilicet de beatitudine eterna qui quasi arra et pignus nobis traditus ipsam nobis promittit ut habetur **¶** Ephe. 1. 1. **2. cor. 2.** **¶** Et quidem in pignore datur ad certitudinem. **¶** Nam pignus est quedam cers

ta promissio de re accipienda. **Ro. 5.** Non est accepisti spiritum seruitutis etc. et infra **¶** Si filii et heredes. **¶** Vel pollicitationem spiritus accipimus id est spiritus sanctum. **¶** Quasi dicat **¶** Accipiamus pollicitationem de spiritu sancto factam semini abrahe **¶** Jobel. 2. **¶** Effundam de spiritu meo etc. quia per spiritum sanctum coniungimur christo et efficiamur semen abrahe et digni benedictione. **¶** Secundo ostendit per quid pueniat nobis iste fructus dicens: **¶** Per fidem. **¶** quam quidem et hereditatem eternam acquirimus. **¶** Ad hebreos. 11. **¶** Accedentem ad deum oportet credere quia est. et inquirentibus se remunerator sit. **¶** Per fidem etiam acquirimus spiritus sanctum. quia ut dicit **¶** Act. 5. **¶** Dominus datur spiritum sanctum obedientibus sibi scilicet per fidem.

Lectio sexta.

¶ **A**tres secundum hominem dico tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit aut superordinat. **¶** Abrahe dicte sunt promissiones et semini eius. **¶** Non dicit et seminibus quasi in multis. sed quasi in uno. et semini tuo qui est christus. hoc autem dico testamentum confirmatum a deo que post quadringentos et triginta annos facta est lex. non irritum facit ad euacuandam promissionem. **¶** Nam si ex lege hereditas iam non est promissione. **¶** Abrahe autem per repromissionem donauit deus.

¶ Postquam apostolus probauit per auctoritates quod lex non irritum facit: nec ad iustificationem que est per fidem est necessaria hic consequenter ostendit idem per rationes humanas. **¶** Et circa hoc quatuor facit. **¶** Primo humanam consuetudinem ponit. **¶** Secundo assumit promissionem diuinam ibi. **¶** Abrahe dicte sunt promissiones etc. **¶** Tertio infert conclusionem ibi. **¶** Hoc autem dico etc. **¶** Quarto ostendit conclusionem sequi ex premissis ibi. **¶** Nam si ex lege etc. **¶** Dicit ergo **¶** Aperte quidem prius locutus sum secundum auctoritatem scripture non allate uoluntate humana sed spiritu sancto ut dicitur. **2. Pe. 1.** **¶** Sed nunc secundum hominem dico et secundum ea que humana ratio et consuetudo habet. **¶** Ex quo quidem habemus argumentum quod ad conferendum de his que sunt fidei possumus utriusque ueritate cuiuscunque scientie. **¶** **Deut. 2. 1.** **¶** Si uideris in numero captiuorum mulierem pulchram et adamaueris eam uoluerisque habere uxorem. **¶** Introduces eam in domum tuam id est si sapientia et scientia secularis placuerit tibi introduces eam infra terminos tuos que radet cesariem etc. id est reserabis omnes sensus erroneos. **¶** Et in hoc est quod apostolus in multis locis in epistolis suis utitur auctoritatibus gentilibus. sicut illud. **1. cor. 1. 5.** **¶** Corrupti bonos mores etc. **¶** Et illud **¶** Tit. 1. **¶** Aretenses male bestie etc. **¶** **¶** Quis huiusmodi rationes uane sint et infirme. quia ut dicitur in psalmo. **¶** Dominus scit cogitationes hominum quas uane sunt. **¶** tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit aut superordinat. quia nihil humanum tantam firmitatem habet sicut uelutitas hominis: spernet autem tamen illud aliquis si diceret quod testamentum hominis confirmatum in morte testatoris et testibus non ualere. **¶** Si ergo testamentum huiusmodi nemo spernit dicens non esse seruandum. aut spernit aliquid mutando. multo magis testamentum dei nullum spernere debet aut superordinare infringendo illud uel addendo uel diminuendo **¶** Apocal. ultimo. **¶** Si quis apposerit ad hec apponet deus super illum plagas scriptas in isto libro. et si quis diminuerit de uerbis prophetie huius auferet deus partem eius etc. **¶** **Deut.**

in epistolam ad Galathas III

4. Non addetis ad verbū quod vobis loquor: neque auferetis ex eo etc. **C**onsequenter cum dicit. Abrae dicitur sunt p^omissiones etc. **A**ssumit p^omissionē diuinā abrae factam quae est quasi quoddam testamentū dei. **E**t primo exponit hanc p^omissionē seu testamentū. **S**ecundo vero aperit veritates testamenti ibi. **N**on dicit in feminibus etc. **D**icit ergo primo abrae dicitur sunt p^omissiones. **Q**uasi dicat sic testamentū hominis est firmū: ita p^omissiones diuinae firmae sunt. **S**ed nunquid deus aliquas p^omissiones fecit ante legem? **A**tiq^{ue}. quia abrae qui fuit ante legē scilicet quod non falleret deus: dicitur id est facte sunt p^omissiones et semini eius a deo. **S**ed abrae facte sunt ut cui erant ipsius de semini vero ut per quod impleteretur. **D**icit autē p^omissiones pluraliter: quia p^omissio de benedicendo semini multa continebat. **E**t quod frequentē idem id est: eterna beatitudo sibi p^omissa est. sicut **Gen. 12.** **I**n te benedicetur vniuersae cognatione terre. **Item. 15.** **S**uspice celū et numera stellas etc. **Item eodē.** **S**emini tuo dabo terram hanc etc. **Item. 22.** **B**enedicā tibi et multiplicabo semē tuum sicut stellas celi etc. **I**ste ergo p^omissiones sunt quasi testamentū dei. quia est quaedam ordinatio de hereditate danda abrae et semini suo. **V**eritate autē testamenti aperit cum dicit. **N**on dicit in feminibus etc. **Q**uā quidē aperit eodē spiritu quo testamentū conditū est. **E**t hoc patet ex verbis testamenti. **N**on inquit dicit in feminibus. **Q**uasi in multis id est facte fuerit si de multis illud valeret. **S**ed in vno quod est christus. quia ipse solus est per quem et in quo omnes poterunt benedicere. **N**am ipse solus et singularis est qui non subiacet maledictioni culpe: et si maledictio p^o nobis dignatur sit fieri. **A**nde dicitur in ps. **S**ingulariter sum ego etc. **Item. 10.** **E**st qui faciat bonū etc. **Eccl. 7.** **V**irū de mille vnum repperi scilicet christū qui esset sine omni peccato: mulierē autē ex omnibus non inuenit. quae a peccato omnino immunis esset aduini. originali vel veniali. **C**onclusionē autē inserit consequenter cum dicit. **H**oc autē dico **T**estamentū etc. **A**bi videamus per ordinem quid sit quod dicit. **D**icit ergo quod hoc p^omissit deus abrae sed hoc est testamentū scilicet ipsa p^omissio de hereditate adipiscenda. **Iere. 31.** **F**eriam domui israel: et domui iuda fedus nouū etc. **C**onfirmatū. **Q**uod ideo ponit ut concordet cum p^omissis. **N**ā supra dixerat. **T**estamentū hominis confirmatū etc. **A** deo scilicet qui p^omissit. **E**t confirmatū dico iureiurādo. **Gen. 21.** **P**er me et metipsum iurauit etc. **Debe. 6.** **V**t per duas res inobiles quibus impossibile est mentiri deū etc. **H**oc inq^{ue} testamentum lex non facit irritū. quae quidem lex facta est et data a deo per moysen. **Iohan. 1.** **L**ex per moysen data est etc. **P**ost quadringentos et triginta etc. **E**t quasi exponens quod dixerat subiungit. **N**on irritū facit ad euacuandas p^omissionē. **S**ic enim irritū fieret predictus testamentum si p^omissio facta abrae euacuaretur id est inuacūū facta esset quasi non sufficeret semen abrae repromissum ad gentiū benedictionē. **P**er christum autē non sunt euacuate p^omissiones patrum. **Et. 2. cor. 1.** **Q**uotquot enim p^omissiones dei sunt in illo est etc. **H**oc autē quod dicitur. **P**ost quadringentos et triginta annos concordat ei quod habetur **Exod. 12.** **H**abitatio filiorum qua māserant in egypto fuit quadringentorum triginta annorum. **Et. 7. 20.** **L**ocus est dominus scilicet abrae. quia erit semen eius acicola in terra aliena et seruituti eos subijcient annis quadringentis triginta. **S**ed contra est quod dicitur **Gen. 15.** **S**cito p^onocens quod peregrinū futurū sit semen tuū et seruitute eos subijcient et affligent eos ānis quadringentis. **R**espondeo dicēdū quod si fiat computatio annorum a p^omissione facta abrae que legitur **Gen. 12.** vsq^{ue} ad exitum filiorum israel de egipto quando data est lex. sic sūt anni quadringenti triginta sicut hic scribitur et **Exod. 12.** et **Act. 7.** vsq^{ue} ad exitum filiorum israel de egipto quādo data est lex. **S**i autē incipiat computatio a natiuitate ysaac de qua legitur **Gen. 25.** viciesimo primo sic sunt tantū quadringenti et quinq^{ue} anni. **N**am viginti quinq^{ue} anni fuerunt a p^omissione facta abrae vsq^{ue} ad natiuitatē ysaac. **A**braa enim erat septuagintaquinq^{ue} annorum quando exiit de terra sua et facta est ei prima p^omissio ut habet **Gen. 12.** **E**t tenarius autē fuit quando natus est ysaac ut habet **ibidē 21.** **Q**uā autē a natiuitate ysaac vsq^{ue} ad exitū filiorum israel de egipto fuerunt quadringenti quinq^{ue} anni probat per hoc quod ysaac fuit sexaginta annorum quando genuit iacob. ut habetur **Gen. 25.** **I**acob autē erat .130. annorum quādo intrauit egiptum ut habet **Gen. 47.** **E**t sic a natiuitate ysaac vsq^{ue} ad introitū iacob in egiptū fuerunt .190. anni. **I**oseph autē fuit triginta annorum quando stetit corā pharaone ut habetur **Gen. 41.** et postea transierunt septē anni fertilitatis et duo sterilitatis vsq^{ue} ad ingressum iacob in egiptū ut habet **45.** **V**ixit autē ioseph .110. annis ut habetur **Gen. ultimo.** **A** quibus si subtrahantur triginta et nouē anni remanēt septuaginta et vnus annus. **F**uerunt ergo a natiuitate ysaac vsq^{ue} ad mortē ioseph ducenti et sexaginta vnus annus. **F**uerunt autē in egipto filij israel post mortē ioseph .144. annis. ut raban^{us} dicit in glosa **Act. 7.** **F**uerunt ergo a natiuitate ysaac vsq^{ue} ad exitum filiorum israel de egipto et legē datā. 405. anni. **S**criptura autē **Gen. 17.** non curauit de minutis. **E**t potest dici quod quito anno ysaac expulsus fuit ismael et remansit solus ysaac heres abrae. a quo tempore fuerunt quadringenti anni. **D**einde cum dicit. **N**am si ex lege etc. **Q**uestio dicit quomodo sequatur ex p^omissis quod lex euacuaret p^omissiones. si lex necessaria esset ad iustificationē siue benedictionē gentiū. **D**icit ergo vere p^omissio euacuaret si lex necessaria esset. **M**as si hereditas scilicet benedictionis abrae esset ex lege iam nō esset ex repromissione id est ex semine repromisso abrae. **S**i enim semen p^omissum esset sufficiens ad hereditatē benedictionis consequendam non fieret iustificatio per legē. **D**estruit autē consequens cum dicit **Abrae autē donauit de^o** etc. id est promissit se daturū quod ita certū erat ac si statim daret per repromissionē id est per semen repromissum. **N**on ergo est ex lege hereditas id est benedictio de qua dicitur .1. **Pe. 3.** **I**n hoc vocati estis ut benedictionē hereditate possideatis.

Lectio septima.

Quid igitur lex propter transgressiōnem posita est donec veniret semen cui p^omiserat: ordinata per angelos in manu mediatoris. **M**ediator autem vnus non est. deus autē vnus est.

Postquā ostendit apostolus et auctoritate scripture et consuetudine humana quod lex iustificare non potuit: hic mouet duas dubitationes et soluit. **S**ecunda dubitatio incipit ibi. **L**ex ergo aduersus p^omissa dei etc. **C**irca primū tria facit. **P**rimo mouet dubitationē. **S**ecundo soluit ibi propter transgressiones etc. **T**ertio quoddam in solutio ne positum manifestat ibi. **M**ediator autē etc. **P**otest autem esse dubiū ex p^omissis: si lex iustificare non poterat: an esset omnino inutilis. et hanc dubitationem mouet dicens: **Q**uid igitur lex id est ad quid lex vtilis fuit. **E**t hanc punctuationem magis approbat augustinus ut habet in glosa quod aliam que sibi primitus melior videbatur ut distinguitur sic. **Q**uid igitur. **E**t postea dicitur lex prope

Explanatio sancti Thome

transgressiones etc. Similis dubitatio proponit. **Ro. 3.** ubi sic dicitur: Quid igitur amplius iudeo etc. **¶** Deius de cũ dicit. Propter transgressiones. Soluit dubitationem morā. ubi quattuor facit. Primo proponit legis utilitatē. Secūdo legis fructū ibi. Donec veniret semē etc. Tertio legis ministros ibi. Ordinata per angelos. Quarto legis dominū ibi. In manu mediatoris. Circa primū notādū est q lex ver^o data est propt quattuor. scz quattuor ex peccato consecuta que enumerat beda scilicet propter maliciā: infirmitatē: concupiscentiā: et ignorantiam. Est ergo lex primo data ad reprimendā maliciā dū scilicet cet. phibendo peccatū et puniendo retraherentur homines a peccato. et hoc tangit dicens. Propter transgressiones posita est lex. id est ad transgressiones cobibendas. et de hoc habetur. 1. thi. 1. Iusto lex nō est posita sed in iustis. Cuius ratio potest sumi a philosopho in. 4. ethis corum. Homines em̄ bene dispositi ex seipsis mouētur ad bene agendū et sufficienter eis paterna mōta. vnde nō indigent lege sed sicut **Ro. 2.** dicit. Ipsi sibi sunt lex habentes opus legis scriptū in cordibus suis. Sed homines male dispositi indigent retrahi a peccatū per penas. Et ideo quantū ad istos fuit necessaria legis positio que habet coartatiuā virtutē. Secundo lex data est ad infirmitatem manifestandā. Homines em̄ de duobus psumebant. Primo quidē de scientia. Secundo de potentia. Et ideo deus reliquit homines absqz doctrina legis: tēpore legis nature. In quo dū in errores inciderunt conuicta est eoz superbia de defectu scientie. Sed adhuc restabat presumptio de potentia. Dicebant em̄ nō deest q̄ impleat sed deest qui iubeat. vt dicitur in glosa super illud **Exod. 24.** Quicquid preceperit dñs faciem⁹ et erimus obedientes. Et ideo data est lex que cognitionem peccati faceret. Per legem em̄ cognitio peccati. **Ro. 3.** Que tamē auxiliū gratie nō dabat ad vitandū peccata: vt sic homo sub lege constitutus et vires suas experiret et infirmitatē suā recognosceret inueniens se sine gratia peccatum vitare non posse. et sic auxiliū querebat gratiā. Et hec etiā causa potest ex his verbis accipi vt dicat q lex posita est propter transgressiones adimplendas: quasi illo modo loquendo quo apostolus dicit **Ro. 5.** Lex subintravit vt abundaret delictū: quod non est intelligēdūz casualiter sed consecutiue. quia lege subintrante abūdauit delictū et transgressiones sunt multiplicatē. dū concupiscentia nondū per gratiā sanata in id quod phibebat magis exarsit. et factū est peccatū grauius addita preuaricatione legis scripte. Et hoc deus permittebat vt homines imperfectionē suā cognoscentes querebant mediatoris gratiam. Unde signāter dicit. Posita est quasi debito ordine collocata int legē nature et legē gratie. Tertio data est lex ad domandā concupiscentiā populi lasciuientis: vt diuersis certimonijs fatigati neqz ad idolatriam neqz ad lasciuas declinarent. Unde dicit **1. Pet. 2. Actū. 15.** Hoc est onus qd neqz nos etc. Quarto ad instruendum ignorantia data est lex in figurā future gratie scz illud **libere. 10.** Umbra habet lex etc. **¶** Deinde cũ dicit Donec veniret semē etc. id est christus de quo pmiserat deus per eū benedicendas omnes gentes. **Mathei. 11.** Lex et pphete vsqz ad Iohannē etc. **Gen. 12.** In semine tuo etc. Ministri autē legis ponunt cũ dicit. Ordinata id est ordinanter data per angelos id est per nuncios dei scilicet moysen et aaron. **Malach. 2.** Legē requirunt ex ore eius etc. angelus em̄ domini etc. **¶** Vel per angelos id est ministros angelozū. **Actū. 6.** Accepistis legē in dispositionē angelozū etc. Et est data per angelos. quia lex non debebat dari per filium qui maior est. **Hebre. 2.** Si em̄ qui per angelos factus est sermo etc. **¶** Dicit autē. **De**

dinata. quia ordinabiliter data est scilicet inter ipsos legis naturalis qua homines conuicti sunt q se luare nō poterant: et tempus gratie. Nam ante q̄ gratiam acciperēt conuincendi erant de lege. Dominus autē legis dicitur christus. Et ideo dicit in manu mediatoris id est in potestate christi. **Deut. 33.** In dextera ei⁹ ignea lex. 1. thi. 2. Mediator dei et hominū etc. Iste mediator significat⁹ est per moysen: in cuius manu est lex data **Deut. 5.** Ego sequester et mediator fui inter deū et vos etc. **¶** Deinde cũ dicit Mediator autē etc. exponit qd dixit In manu mediatoris quod potest tripliciter exponi. Vno modo q̄ mediator non est vnus em̄ sed duoz. **¶** Alio cũ iste sit mediator dei et hominis oportet q̄ sit deus et homo. Si em̄ esset purus homo vel deus tantū non esset verus mediator. Si ergo est verus deus et nullus est mediator sui ipsius. potest videri allicui q̄ preter ipsum sunt alij dii quozū est mediator. et hoc remouet dicens: q̄ mediator iste et si nō est vnus tantū nō propter hoc sunt alij dii sed de vnus est. quia licet ipse alius sit in psona a deo patre: non ē tamen aliud in natura. **Deut. 6.** Audi israel dñs de⁹ etc. **Eph. 4.** Vnus deus etc. Secundo modo quia possz creari q̄ iste esset mediator iudeoz tantū. Ideo dicit. Dico q̄ christus est mediator sed nō vnus scilicet iudeoz sed vnus est omnū id est sufficientis ad omnes reconciliandos deo quia ipse deus est. **Ro. 3.** Vnus de⁹ qui iustificauit ex fide circūcisionē et preputiū per fidē etc. 2. cor. 5. De⁹ erat in christo mundū reconciliās sibi etc. Tertio modo quia non est mediator vnus populi tantū scilicet iudeoz sed etiam gentiū. **Eph. 2.** Ipse est pax nostra qui fecit vtrāqz vnū. Et hoc ex parte gentiū auferendo idola triam. et ex parte iudeoz et obscurātia legis. Specialit⁹ autē mediator est filius non pater non spiritus sanctus: nihilominus tamen vnus est deus.

LECTIO OCTAUA.

¶ Et ergo aduersus promissa dei ablit. Si em̄ data esset lex que possz hominem viuificare vere ex lege esset iusticia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato: vt promissio ex fide iesu christi daretur credentibus. Prius autē q̄ veniret fides sub lege custodiebamur: conclusi in eaz fidem que reuelanda erat. Itaqz lex pedagogus noster fuit in christo vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides iā non sum⁹ sub pedagogo.

Hic mouet apostolus aliā dubitationem. vtrū scilicet lex noceat gratie. Et primo mouet dubitationē dicens: Lex ergo etc. Quasi dicat Si lex posita est propter transgressiones: nunquid lex facit aduersus promissa dei scilicet vt id quod deus promissit se facturū per semen repromissūz per aliū faciat. Absit. Quasi dicat. Non. Nam. 8. eodez **Lex non irritū facit testamentū ad euacuandas promissiones etc. Ro. 7.** Lex sancta et mandata sancta. Secundo cũ dicit. Si em̄ lex data esset etc. Soluit dubitationē. Et primo ostendit q lex non est contra promissa dei. Secūdo q̄ est in obsequiū promissozū ibi. Sed cōcludit etc. Dicit ergo q̄ licet lex sit posita propter transgressores: nō tamen contrariatur promissioni dei. quia transgressiones ipsas remouere non pōt. Si em̄ eas remoueret tūc māl⁹ festē esset contra promissa dei. quia iusticia est p alius mozdū q̄ deus pmisit. qz esset p legē et nō p fidē cũ tū dicat **Abacuc. 2.** Iustus me⁹ ex fide viuūt. **Ro. 3.** Iusticia dei

in epistolam ad Galathas III

est per fidē iesu xpi. Et ideo dicit qd si lex esset data talis qd posset viuificare: id est tante virtutis esset qd possit vitā gratie et eternā beatitudinē pferre: tunc vere et nō appa-
reter iusticia esset ex lege. si lex faceret qd fides facere
dicitur. et sic frustra esset fides. Sed lex non iustificat. qd
littera. s. legis occidit vt dicit. 2. cor. 3. Et Ro. 8. Lex
enī spiritus vite in christo iesu etc. Deinde cum dicit
Sed scriptura conclusit etc. Ostendit qd lex nō solū non
contrariatur gratie sed est et etiā in obsequiis. Et primo
ostendit qd lex obsequit pmissis dei. Secundo quōd hoc
obsequium manifestatum est in iudeis ibi. Prius autez
q̄ veniret fides etc. Tertio quōd gētilēs etiā sine lege cō-
secuti sunt pmissa dei ibi. Omnes enī filij dei estis etc.
Circa primū sciendū est qd lex obsequitur pmissis dei in
generalī q̄tū ad duo. Primo qz manifestat peccata. Ro-
manoz. 3. Per legē cognitio peccati. Deinde quia ma-
nifestat infirmitatē humanā. In q̄tū homo nō potest vi-
tare peccatū nisi per gratiā que per leges non dabat. Et
sicut ista duo scilicet cognitio morbi et impotentia in-
firmitatē multū inducunt ad querēdū medicū: ita cognitio pec-
cati et proprie impotentie inducunt ad querēdū christū
Sic ergo lex obsecuta est gratie. in q̄tū prebuit cognitio-
nē peccati et experientia proprie impotentie. Et ideo dicit
Scriptura id est lex scripta p̄clusit id est tenuit inclusos
iudeos sub peccato id est ostendit eis peccata que facie-
bant Ro. 7. Concupiscentiā nesciebāt etc. Item conclu-
dit. quia veniente lege sumptis occasiōē peccati Ro.
11. Conclusit deus omnia in incredulitate etc. Et hoc ideo
vt homo quereret gratiā. Et ideo dicit Et pmissio id ē
gratia repromissa daret non solū iudeis sed omnibz cre-
dentibus. quia illa gratia poterat liberare a peccatis. et
hec gratia est ex fide iesu christi. Deinde cū dicit. Pri-
us autez q̄ veniret etc. Ponit experimentū huius obsequij
manifestatū in iudeis. Et primo ponit obsequiū iudeoz
Secundo cōcludit quoddā correlariū ibi Itaqz lex peda-
gogus etc. Dicit ergo si scriptura id est lex scripta detinuit
it omnia sub peccato. quas vilitates habebant iudei ex
lege ante q̄ veniret fides ex gratia? Rūdet et dicit. Nos
iudei ante aduentū fidei custodiebamur sub lege: in q̄tū
faciebat nos vitare idolatriā et multa alia mala. Custodie-
bamur in q̄ non sicut liberi: sed quasi serui sub timore. et
hoc sub lege id ē sub onere legis et dominio. Ro. 7. Lex
in homine dominat q̄tō tēpore viuūt etc. Et custodieba-
mur cōclusi id est seruati ne deflueremus ad vitia: sed p̄-
pararemur in eā id est tā bonā fidē q̄ reuelāda erat Esa.
56. Iuxta est salus mea et viciat. vt iusticia mea et reue-
letur. Et dicit reuelanda. quia cū fides excedat omne hu-
manū ingeniū nō potest per ppriū sensum haberi sed ex
reuelatione et dono dei Esa. 40. Reuelabit gloria dñi
etc. Vel in eā fidē que reuelanda erat tēpore gratie in
antiquis tēporibus multis signis latens. Ande et tempore
christi velū templi scissum est Mat. 27. Consequē-
ter cū dicit Lex pedagogus etc. Concludit quoddā cor-
relariū. Et primo ostendit legis officiū. Secundo officij
testationē ibi. At vbi venit plenitudo temporis etc. Offi-
ciū autē legis fuit officiū pedagogi Et ideo dicit Lex peda-
gogus noster etc. Quamdiu enī heres non potest conse-
qui beneficiū hereditatis: vel prop̄ defectū etatis seu ali-
cuius debite perfectionis: conseruat et custoditur ab ali-
quo instructore. qui quidē instructor pedagogus dicit a
pedos qd est puer et goge qd est ductio. Iudeis autē p̄-
missa erat benedictio futuri seminis de hereditate obse-
quenda: sed nondū aduenerat tēp̄ ipsius hereditatis cō-
sequende. Et ideo necessariū erat qd cōseruarent vsqz ad
tempus futuri seminis et cōhiberent ab illicitis quod fa-
ctū est p̄ legē. Et ideo dicit Itaqz etc. Quasi dicat. Ex q̄

sub lege custodiebamur lex fuit noster pedagogus id est
dirigens et conseruans in xpo id est in viā christi. Et hoc
ideo vt ex fide christi iustificaremur. De sec. 11. Puer isrl
et dilexi eū. Jer. 31. Castigasti me domine et eruditus sum
etc. Ro. 3. Arbitramur enī hominē iustificari per fidem.
etc. Et quis lex pedagogus noster esset nō tamen ad per-
fectā hereditatē ducebat. quia vt dicit Hebre. 7. Memis-
nē ad p̄fectū adduxit lex etc. Sed hoc officiū cessauit post
q̄ vēit fides. Et hoc ē quod dicit At vbi vēit fides scilicet
et christi tam non sumus sub pedagogo id ē sub coactio-
ne que non ē necessaria liberis. 1. cor. 13. Cum essem p̄-
uulus etc. cum autē factus sum vir etc. 2. cor. 5. Si qua
ergo in christo noua creatura vetera transierunt etc.

Lectio nona

Omnēs enī filij dei sunt per fidē que
est in christo iesu. Quicumqz enī in
christo baptizati estis: christū indui-
stis. Non est iudeus: neqz grecus: nō est ser-
uus neqz liber: non est masculus. neqz femi-
na. Omnes enī vos vnū estis in christo ie-
su. Si autez vos christi ergo semē abrae estis
fm p̄missionē heredes.

Hic ostendit apostolus qd ad fructum gratie gentiles si-
ne obsequio legis peruenerunt: ad quē tamē iudei per-
ducti sunt per legis custodiā et obsequiū. Et circa hoc fa-
cit tria. Primo p̄ponit intentū. Secundo manifestat p̄-
positū ibi. Quicumqz enī in christo etc. Tertio ex hoc ar-
gumentat ibi. Si autē vos xpi etc. Dicit ergo vere nō su-
mus sub lege id est sub pedagogo et coactione: quia sumus
filij dei. Similit̄ et vos sub lege neqz sub pedagogo estis
quia scilicet ad gratiā peruenistis. Ideo omnes estis fi-
lij dei per fidem non per legē Ro. 8. Nō enī accepistis
spiritū seruitutis scilicet timoris qui dabatur in lege ves-
teri: sed accepistis spiritū filiorū scilicet charitatis et amo-
ris qui datur in noua lege per fidē Joh. 1. Dedit eis pos-
testatē filios dei fieri etc. Si ergo filij dei estis per fidem
quare vultis esse serui per legis obseruantias? Itaqz sola
fides homines facit filios dei adoptiuos. Nullus siquē
dēus est filius adoptiuus: nisi vniatur et adbeat filio na-
turali Romanoz octauo. Quos p̄sciuit conformes
fieri ymaginis filij eius etc. Fides enī facit nos in xpo ie-
su filios Ephe. 3. Habitare xpm per fidē in cordibus ves-
tris. Et hoc in christo iesu id est filij dei estis per iesum
christū. Consequēter cū dicit. Quicumqz enī in chri-
sto etc. Manifestat p̄positū. Et circa hoc tria facit. Pri-
mo p̄ponit p̄positū manifestationē. Secundo manifesta-
tionis expositionē ibi. Non est iudeus etc. Tertio assignat
manifestationis rationē ibi. Omnes enī vnū sumus etc.
Manifestat autē circa primū quōd sumus in xpo iesu filij dei
Et hoc est qd dicit. Quicumqz enī in christo iesu etc. Quis
potest quadrupliciter exponi. Uno modo vt dicat. Qui-
cumqz in christo iesu baptizati estis id est institutione xpi
ad baptismū instructi estis. Mar. ultimo. Eritis in mū-
dum vniuersum predicare euangeliū omni creature etc.
Qui crediderit et baptizatus fuerit etc. Alio modo Qui-
cumqz in christo iesu baptizati estis scilicet per similitudi-
nem et per figuratiōē mortis xpi. Ro. 6. Quicumqz
baptizati sumus in christo iesu in morte ipsius baptizati
sumus. Vel in christo iesu. id est in fide iesu christi. Itaqz
baptismus nō fit nisi in fide sine qua effectū baptismi nul-
lum consequimur. Mar. el. Qui crediderit et baptizatus
fuerit saluus erit etc. Vel in xpo iesu. i. in virtute et opatiōe
eius. Joh. 1. Super quē videtis spm̄ descendentē hic ē q̄

Explanatio sancti Thome

baptizat. **Quia** in istis quattuor modis baptizati estis christi induistis. **Ubi** sciendum est quod qui induit aliquid veste pregitur ac contegitur ea. et apparet sub colore vestis colore proprio occultato. Eodem modo et qui induit christum pregitur et contegitur a christo iesu contra impugnatores et estus et in eo nihil aliud apparet nisi quod christi sunt. **Ro. 13.** Induite dominum iesum christum. Et sicut lignum accensum induitur igne et participat eius virtute: ita et qui christi virtutes accipit induit christum. **Luc. vi.** Sedete in ciuitate donec induamini virtute etc. **Quod** in illis locis habet qui interius christi virtute informantur. **Ephe. 4.** Induite nouum hominem qui secundum etc. **Et nota** quod christum aliqui induunt exterius per bonam conuersationem: et interius per spiritus renouationem et secundum utrumque per sanctitatis configurationem ut tangit in glosa. **Expositione** autem in manifestationis ponit cum dicit. **Non est iudeus** etc. **Quasi** dicat versus dixit quod quicunque in christo iesu etc. quia nihil potest esse in hominibus quod faciat exceptionem a sacramento fidei christi et baptismi. **Et** ponit tres differentias hominum ostendens quod per eas nullus excipitur a fide christi. **Prima** differentia est quantum ad ritum cum dicit. **Non est iudeus neque grecus**. **Quasi** dicat. **Ex quo** in christo iesu baptizatus est. non est differentia quod propter hoc sit indignior in fide ex quocumque ritu ad eam venerit sine ex ritu iudaico sine greco. **Ro. 3.** An iudeorum deus tibi? **Honore** et gentium? **Immo** et gentium. quoniam quidem vnus deus qui iustificauit ex fide circumcissionem et preputium per fidem. **Et Romanorum. 10.** Non est distinctio iudei et greci etc. **Sed** contra quod dicitur **Romanorum. 3.** Quid ergo amplius est iudeo. **Dulcius** quidem per omnem modum. **Respondeo** dicendum est quod in deo et greci possunt considerari dupliciter. **Uno** modo secundum statum in quo erant ante fidem et sic amplius sunt iudeo propter beneficium legis. **Alio** modo quantum ad statum gratie et sic non est amplius iudeo. et de hoc intelligitur hic. **Secunda** differentia est quantum ad statum et conditionem cum dicit. **Non est seruus neque liber**. id est neque seruus neque libertas: neque nobilitas: neque ignobilitas differentiam facit ad recipiendum effectum baptismi. **Job. 13.** Paruum et magnus ibi sunt et seruus liber a domino suo. **Ro. 2.** Non est personarum acceptio apud deum. **Tertia** differentia est quantum ad naturam cum dicit. **Non est masculus neque femina**. quia sexus nullam differentiam facit quantum ad participandum baptismi effectum. **Gal. 3.** Non est masculus aut femina etc. **Expositionis** vero rationem ponit cum dicit. **Omnes** enim vos vnus estis in christo iesu. **Quasi** dicat. **Uere** nihil horum est per quod differentia fiat in christo. quia vos omnes scilicet fideles vnus estis in christo iesu. qui in baptismo omnes estis effecti membra christi et vnus corpus. et si inter vos sitis diuersi. **Ro. 12.** Omnes vnus corpus sumus in christo etc. **Ephe. 4.** Vnus corpus vnus spiritus etc. **Ubi** autem est vnitas differentia non habet locum. **Pro** hac vnitate orat christus **Johan. 17.** Volo pater vt sint vnus etc. **Consequenter** cum dicit. **Hic** autem vos estis etc. **Arguit** ad principale propositum hoc modo. **Dixit** quod abrae dicte sunt promissiones et semini eius sed vos estis abrae. ergo ad vos pertinet promissio abrae de hereditate consequenda. **Ad** idem sic probat. **Vos** estis filij dei adoptiui. quia estis vniti per fidem christo qui est filius dei naturalis. **Sed** christus est filius abrae in vno semine tuo qui est christus. **Argo** si vos estis christi si id est in christo estis semen abrae. id est filij: cum christus filius eius sit. **Et** si filij estis et heredes. id est ad vos pertinet hereditas secundum promissionem abrae factam. **Romanorum nono.** Non qui filij sunt carnis hic sunt filij sed qui sunt filij promissionis hic estimantur in semine dei.

Capitulum quartum

Uico autem quanto tempore heres paruum est nihil differt a seruo: cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus et actoribus est vsque ad presinitum tempus a patre. **Itaque** et nos cum essemus paruuli sub elementis mundi eramus seruientes. **Postquam** ostendit apostolus legis defectum: hic consequenter ostendit gratie dignitatem. **Et** primo per exemplum humanum. **Secundo** per exemplum creature ibi. **Picit** et mihi qui sub lege vultus esse etc. **Circa** primum vno facit. **Primo** ostendit dignitatem gratie primitiue status veteris legis per similitudinem a lege humana sumptam. **Secundo** ostendit quod ipsi facti sunt principes huius dignitatis per fidem ibi. **Quasi** autem estis filij dei etc. **Tertio** arguit ipso eo quod hanc dignitatem continebant ibi. **Sed** tunc quidem ignorantes deum etc. **Circa** primum duo facit. **Primo** ponit similitudinem. **Secundo** adaptat eam ad propositum ibi. **Ita** et nos cum essemus etc. **Notandum** est autem quod in proposita similitudine quatuor tangit apostolus. **Primo** quidem dignitatem. quod non est seruus sed heres. **Unde** dicit. **Quanto** tempore heres etc. **Quod** apertat et refert ad populum iudeorum qui fuit heres. **Promissionis** abrae. **ps.** Elegit nos in hereditatem sibi. **Et** ad christum qui est heres omnium. **Hebr. 1.** Quem constituit heredem vniuersorum. **Secundo** eius paritatem. **Unde** dicit. **Paruum** est. quia et iudei paruuli erant secundum statum legis. **Amos. 7.** Quis suscitabit iacob: quod paruulus est? **Similiter** et christus paruulus factus est per incarnationem. **Et** 9. **Paruulus** natus est nobis etc. **Sed** nota quod apertat aliquid assumat paruulo statum legis sicut b. **Alio** quando statum presentis vite. **1. cor. 13.** Quando eras paruulus etc. **Quis** ratio est. quia status veteris legis est sicut paruulus propter imperfectionem cognitionis in christo ad statum gratie et veritatis que per christum facta est. **Sic** et statum presentis vite: in qua videmus per speculum in enigmate est sicut paruulus comparat statum future vite: in qua est perfectio dei cognitio. quia videtur sicuti est. **Tertio** eius subiectionem cum dicit. **Nihil** differt a seruo cum sit dominus omnium. sed sub tutoribus etc. **propter** enim serui est quod sit subiectus alicui domino. **Puer** autem quantum diu paruulus est: quia non habet cognitionem perfectam et vsus libere voluntatis propter defectum etatis committitur custodie aliorum qui et bona sua defendunt. et hic dicunt tutores et negocia agunt: et hic actores nominantur. **Et** ideo licet sit dominus omnium seruus suus. tamen in quantum subiecit alijs nihil differt a seruo. **Et** 4. **Et** nunc seruus meus iacob etc. **Sed** notandum est quod in populo iudaico alii qui erant simpliciter serui. illi scilicet qui propter timorem pene et cupiditatem temporalium legem promittebat legem seruabant. **Alii** vero erant: qui non erant serui simpliciter: sed quasi serui existebant: erant vere filij et heredes. qui licet attenderent exterius ad temporalia et vitaarent penas: nihilominus tamen in eis fine non ponebant sed accipiebant ea ut figuram spiritualium bonorum. **Unde** licet viderent nihil exterius differre a seruis: in quantum certis monias et alia legis mandata seruabant. tamen erat vnus: quod non ea intentione eis videbantur: vt serui. quod illis videbantur amore spiritualium bonorum que figurabantur. **Seruus** vero timore pene et cupiditate terrene comoditatis. **Spes** erat etiam quasi seruus: quod licet sit dominus omnium sed illis ps. **Dixit** dominus domino meo etc. tamen nihil videbat differre a seruo in exterioribus in quantum homo. **Psalm. 2.** **Exin** autem semetipsum formam serui accipiens et habitum iuuentutis. **Sub** tutoribus autem et actoribus erat: quia sub lege factus erat vt dicit **1. cor. 2.** **Erant** subditus illis